So doch dieselbig [illegible] [illegible] recht
[illegible] von Got der nit [illegible] mag
[illegible] mit [illegible] [illegible] haben

[illegible] [illegible] / [illegible] [illegible]. Demnach ich [illegible] Min herr, und [illegible] der Mir [illegible]
der Zurich und [illegible] ... [illegible] [illegible] entspriessen, [illegible], und [illegible] [illegible]
[illegible], dass ich mich [illegible] flissen, und [illegible] [illegible] und [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] wil ich [illegible], [illegible] [illegible] mir frölich. Wie ich [illegible] betten [illegible], so [illegible]
Min bruder [illegible] und Min vetter [illegible], [illegible] [illegible], [illegible]
[illegible] [illegible] wissen was [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] zu [illegible]
Motag nach [illegible] ... [illegible]

S. D. Tiguri nuper agenti mihi, doctiss. Christophore, cu(m)
de Bernhardino illo Insubro, Gallici morbi curatore
mentio incidisset, memini etiam nu(n)c, indicata abs te fuisse
unguenta aliquot nominatim, quæ ille ex officina tua
aromataria, remisset aliquando. Horu(m) cu(m) plane sim
p(er) occupationes oblitus, precor, rursu(m) mi annotare no-
mina, & huic n(ost)ro tabellioni co(m)mittere, q(ui) reddat, velis:
meu(m) negociu(m) non agit, sed viri cuiuspia(m) optimi & stu-
diosoru(m) amantissimi, cuius causa, & studioru(m) commu-
niu(m) & nostræ professionis nomine, haud magnope(re)
incuriosius abs te hac una in re agi velim, atq(ue) si
res universa e commodo usuq(ue) n(ost)ro futura esset. Tantu(m)
significa q(uae) abs te, tuisq(ue) Aromatarijs unguenta emerit.
simulq(ue), si ita vacat, (nolim en(im) tibi, alioq(ui) p(rae)occupato,
molestus esse.) quæ tua sit de eius cura sententia, q(ui)busq(ue)
remedijs uti hominem potissimu(m), arbitreris: significa.
De Petri medici Vuittenbergen. axiomatis quid sentias,
fac sciam. Equidem sic censeo, nisi quid diversum tu
mi persuaseris, commodius illa tutiusq(ue) in Medicorum
scholis expendi posse, q(uam) ægrotantiu(m) periculo, nostræ
farinæ hominu(m) praxi, ut dicimus, committi: [illegible]
nihil temere statuo, sed plane sententia(m) expecto tua(m).

[illegible] Vale [illegible], tuus.

Cupio valere te, mi Christoph. cum uxore, cumque liberis
& persuadere de Vadiano te tuo, quod possit.
Apud Divum Gallum: xij Calend. Augusti anno
MDXXI.
J. Vadianus. D.

De rebus nouis addo quicquam, si quid habes
penes te fuerit:

Praestantiss. artium
Liberalium & salu-
bris Medicinae Doc-
tori Christophoro
N. Tigurino a-
mico memorabili

Salue vir clarissime. Pridie cum domum quendam
retulerunt mihi amici, Theophrasti Medicum libellum
prognosticon edidisse, isthic typis excusum chal-
cographicis, de Cometa illa stilla nuper diebus aliquot
uisa, quam tu pro eximia eruditione tua, hoc anno
apparitura praedixisti: Eum libellum mihi legere non
dum uacauit tot negocijs distracto. Proinde quoniam
tute non obscure uideri, imo & iudicare potes, breui
an serius prodiderit ille, quod edidit (quando
illi forte suum tantopere commendat) libuit literis meis
compellare te, ut rogarem, quo tuum mihi iudicium
de Theophrasti libello, literis tuis communica-
res: Sum enim sic paratus animo, ut quid rerum
naturalium peritis, de tali stilla duxerimus sen-
tiendum, non inuitus recipiam. Quod attinet
ad pietatem, non laboro, sed quis sit uerus autor
scio. Vale, & hoc nuncio obsecro fac literis
tuis responsum habeam. Santogalli xi°
die Septembris Anno MDXXXI.

Joach. Vadianus, tuus